et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat.
quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit. Perierat.
et inuentus est. Homo quidam erat diues qui habebat
uillicum. et hic diffamatus est apud illum. quasi dissipasset
bona ipsius. Et uocauit illum. et ait illi. quid hoc audio
de te? redde rationem uillicationis tuae. Iam enim non
poteris uillicare. Ait enim uillicus intra se. Quid faciam
quia dominus meus aufert a me uillicationem? fodere non
ualeo. mendicare erubesco. scio quid faciam. Ut cum
amotus fuero a uillicatione. recipiant me in domos suas. Con
uocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo.
At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe
cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu uero quantum debes? qui ait. Centum cho
ros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas. et scribe octoginta.
Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudenter fecis
set. Quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generati
one sua sunt. Et ego uobis dico. facite uobis amicos de
mammona iniquitatis. ut cum defeceritis recipiant uos in
aeterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo. et in maiore
fidelis est. Et qui in modico iniquus est. et in maiore iniq
uus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis. quod
uerum est. quis credet uobis? Et si in alieno fideles non
fuistis. quod uestrum est quis dabit uobis?
Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim u
num odiet et alterum diliget. Aut uni adherebit et

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0218